

iste arbores sunt ita antique non producant bonbicum que ualeat ad filandum set ad trapuntas & alia grosa & hoc de arboribus istis accidit quia ad xij anos producant bonum bonbicum ad filandum. set [a] duodecim usque ad xx. non producant ipsum tam bonum sicut quando Juuenes sunt in isto regno aptatur magna quantitas pelium videlicet de yrcis bufallis bobus siluestribus & unicornibus & de multis alijs bestijs. & aptantur ibi in tanta quantitate quod plures naues onerantur 92r<sup>o</sup> in ano & ferruntur per arrabes. & multas alias ciuitates & contratas. nam ab isto regno fulciuntur multa regna & prouincie. fiunt etiam in hoc regno multi nasteri de corio rubeo sculptis in eo auibus & bestijs cum filo aureo & argenteo sutis multum subtiliter. & sunt tam pulcri quod est mirabile ad uidendum. Et illi nasteri de quibus diximus sunt de corio super quibus dormiunt saraceni & est ibi optimum dormire. fiunt etiam ibi puluina suta cum auro ualde pulcra quorum unum est ualoris bene sex marcharum argenti. & de nasteris supradictis fiunt aliqua talia quod sunt bene ualoris decem marcharum argenti. in isto quidem regno melius laboratur de operibus suendi & magis subtiliter quam in toto alio mundo. Nunc dicto de hoc regno procedentes ult[er]ius dicemus de quodam regno nomine Tana/ de regno Tana

**T**ana est quoddam magnum regnum & bonum uersus ponentem. & inteligatur uersus ponentem. quia tunc dominus marcus paulo de uersus leuantem ueniebat. & secundum eius gresus & transitus pertractatur. Illud regnum regem habet & nuli reddit tributum. ipsius gentes adorant ydola. & loquelam per se habent. Jbi non nascitur piper in magna habundantia. neque alie species prout in alijs prouincijs de quibus narauimus supra Thus ibi nascitur in magna quantitate. & non est album set nigrum. Jbi quidem fiunt multa mercimonia. & uadunt illuc multe naues & mercatores. quoniam illinc extrahuntur coria de multis maneriebus 92v<sup>o</sup> & bucherani & bombix. & mercatores qui illuc ueniunt portant secum multas res. videlicet aurum argentum & ramum. & alia mercimonia multa. & ferunt de mercimonijs illius regni de quibus credunt facere profectum. Exeunt etiam de hoc regno quam plures pyrate qui magnum dapnum mercatoribus inferunt. & hoc de uoluntate regis procedit. quoniam hanc conuentionem cum pyratis fecit. videlicet quod pyrate ei debent impendere omnes equos quos capiunt nam multo tiens capiunt ex ipsis. nam prout uobis supra retulimus de equis. fiunt multa mercimonia per totam prouinciam yndie. nam mercatores illuc magnam quantitatem ad uendendum portant. Et sic pauce naues yn indiam ueniunt que equos non portent. Et ob istam causam rex hanc conuentionem cum pyratis fecit ut dent ei omnes equos quos capiunt. & omnia alia mercimonia videlicet aurum argentum & lapides pretiosi sunt pyratarum. :—hic naratur de regno cambaeth

*adorant ydola*